



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 47. Opponentium artes in pervertendis Acceptantibus Episcopis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

„ctoritate Ecclesiæ pacem procurare Sæc. XVIII.
 „intenta, contra omnes legitimas po- A. C. 1716.
 „testates impune grassatur? Ergo su-
 „premis potestatibus saltem ad quere-
 „las os aperire denegabitur? Non, non
 „absit a me, si tot contumelias dissim-
 „mularem, prævaricator forem: quæ
 „animo statui, opere exequar: illis,
 „quorum doctrina mihi est suspecta,
 „literas confirmationis constanter dene-
 „gabo, & beneficiorum collationes ab
 „Episcopis opponentibus factas minime
 „ratas habebo, nec ultra eorum testi-
 „monia acceptabo... Nec in solis ejus-
 „modi minis hæsit Pontifex, sed plu-
 „ribus ad Episcopatus nominatis lite-
 „ras Apostolicas concedere, constanter
 „renuit.

§. XLVII.

Opponentium artes in pervertendis acceptantibus.

Cum Aurelianensis Dux Regni Rector
 probe prospiceret, Parisiensium Do-
 ctorum, aliorumque temerarios ausus
 primævam suam originem ex Episco-
 porum dissidiis trahere, hinc ut securi
 ad radicem posita mali progressum si-
 steret, totus in eo erat, ut præprimis
 Opponentes Episcopos ceteris concilia-
 ret, eosque ad acceptandam Constitu-

Lafiteau l. c.
pag. 136.

P. 5 tio-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

tionem quovis pretio perduceret: Ne hi se se difficultes exhibebant, declarantes tamen, se nunquam Constitutionem recepturos, nisi eam Pontificis prius explicaverit, quamvis vero Pontificem horum votis cessurum minime sperare liceret, quia tamen ipius semper declaraverat, se *Opponentibus* non quam condescensurum, nisi prius Constitutioni subjicerint, hinc sibi persuadebant, quod Pontifex petitas explicationes fors concessurus esset, hæ ab *Episcopis Acceptantibus* efflagrantur. Hac spe freti, hos nova fraudu circumvenire decreverunt, ab eisque petierunt, ut juncta cum eis opera precibus Papam ad necessarias Constitutionis explications sollicitarent. Enimvero Acceptantes pacis continendæ fiducia decepti, hasque explications duntaxat ad proniorem Bulle acceptationem peti existimantes, sponte debant, se eorum petita apud summum Pontificem propria precatione suffuleros: Hac acceptantium docilitate armati Opponentes, epistolam ad Regem Regentem concinnarunt, qua eidem supplicabant, ut eorum nomine suas quoque partes apud summum Pontificem interponere dignaretur. Hanc epistolam Opponentes Præsules ab Acceptantibus Episcopis subscribi petebant, ha-

vero quædam deleri, alia corrigi po- Sæc. XVIII.
stulantibus annuere Opponentes: To- A.C. 1716.
tum hoc negotium fideli premebatur
silentio, & nil certius fore existima-
bant Appellantes, quam has literas ita
correctas ad Papam esse transmitten-
das, hujusque responso tot votis ex-
optatam concordiam restitutum iri:
Effluxerant plures menses, quin ea de-
re ulla haberetur mentio, tandem præ-
ter omnem expectationem ex Hollan-
dicis novellis ad Mensam Januarium
compererunt, eorum epistolam, quin
correctiones, eorumque notæ fuissent
additæ, publicis typis vulgatam fuisse:
Tum vero non sine magna animi com-
motione intellexerunt, quod Opponen-
tes has literas ab Acceptantibus non
alio ex fine subscribi postularint, nisi
ut cunctis persuaderent, ipsos etiam
Acceptantes censuisse, explicationes a
Parisino Clero factas haud sufficere,
eosque factam Bullæ acceptationem
ratam non habere, nisi eam Pontifex
explicaverit. Verum detecta hac fraude
Acceptantes Episcopi, præcipue Picta-
viensis, & Vauriensis, Cenomanensis
& Noviodunensis palam declararunt,
se vitiatae huic epistolæ non subscripsisse,
minus vero se a sincera Constitutionis
acceptatione recedere, quinimo Aga-
thanus Episcopus integrum hujus frau-
dis

Sæc. XVIII. dis Historiam conscripsit, totamque
 A. C. 1716. loſæ hujus machinationis telam exti-
 cavit, declarans, se nonnisi ad impo-
 tunas Cardinalis Noaillii & Turoneus
 Archiepiscopi sollicitationes subsci-
 pisse, & quidem duntaxat epistolæ in
 pluribus correctæ. Postquam ergo hoc
 artificium ab ipsis, quorum opera illu-
 perfici sperabatur, fuerat eversum,
 hujus fraudis Architecti pudore & igno-
 minia suffusi, alias Pontificem circu-
 veniendi artes excogitarunt.

§. XLVIII.

*Quidam Legatus ab Opponentibus
 Episcopis Romam decretus.*

Dorſanne
 Journ.
 pag. 251.

Interim summus Pontifex ex publici
 Novellis non sine magna sui admir-
 tione animique mærore ejusmodi epi-
 stolam a tringita Episcopis, ut falso ab-
 serebatur, subscriptam Romanamque fuile
 transmissam compererat, cum ergo nullam
 omnino recepisset, vehementer &
 pud Cardinalem Tremolium desuper
 querebatur: Hic vero pariter rerum
 ignarus, omnem impendit operam, ut
 saltem hujus Epistolæ transumptum
 furtive divulgatum nancisci posset, quo
 tandem obtento patuit, nonnisi octode-
 cim Episcopos eidem nomen suum ap-
 posuisse, & ex his præcipuos fuile no-

ver